



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum  
celeberrimorum iurisconsultorum**

**Canis, Johannes Jacobus**

**Constantia, 1593**

**VD16 ZV 2896**

6. Executio testamenti, an transeat ad successorem. Et id quando.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)



*in ædifi. in authen. de eccle. tit. col. 9. Et idem  
 in quolibet alio successore: vt c. quoniam Ab-  
 bas de offi. dele. Nec ob. l. nulli. quæ dicit, quod  
 succedit episcopus: quia intelligitur, nisi alius  
 supersit: qui repræsenteret defunctum, & te-  
 statoris iudicium vellet impedire: quoniam  
 tunc episcopus, qui est subsidiarius, se non im-  
 pediret: quod etiam nec verum videtur: quo-  
 niam ex quo electa est industria personæ, non  
 poterit fieri executio per alium. c. fin. de offi.  
 deleg. & ista videtur veritas in hoc casu. Plu-  
 rimi autem dicant, quod nec episcopus per se  
 complebit: nec rem pro derelicta dimittet:  
 sed alium loco defuncti deputabit. Quod mihi  
 non placet: quia non est opus datiuo, ex quo su-  
 perest legitimus: ar. l. in causæ. ff. de min.  
 quicquid dixerit Spec. in d. nunc aliqua. ver.  
 & quid si vnus tantum erat. † Reliqui putabant  
 legatum, velut caducum euanescere: arg. l. si  
 quis arbitrati. cum l. seq. & l. si seruus. ff. de  
 ver. obl. & c. fin. de offi. dele. Quod etiam non  
 videtur verum: quia duo sunt in considera-  
 tione, scilicet legatum, & officium executoris.  
 vnde licet deficiat vnus: tamen aliud super-  
 est:*



est: arg. c. cum dilect. de dolo & contuma. & c. Pisanis. de rest. spol. & l. Celsus. §. 1. ff. de arb. Dom. autem, secundum Lap. in c. fin. §. 1. de test. lib. 6. format. quæst. quando in test. constitutus est executor Abbas. S. Proculi, qui est mortuus: & dubitatur, an successor in dignitate exequetur. & distinguit. Eius autem distinctio potest sic reduci ad conclusionem, quod executio transit ad successorem: vt d. c. quoniam Abbas.

Fallit † primò, vbi præcederet nomen proprium, & testator dixisset: relinquo, do. Pet. Abba. sancti Proculi executorem: vt d. c. quoniam & l. si seruus communis de stipul. seruo. & instit. eod. tit. §. 1.

Fallit secundo, quando † Abbas esset propinquus & consanguineus testatoris, quia præsumitur, quod testator eum constiterit ratione propinquitatis personæ: vt 12. quæst. 3. pontifices: & de testa. c. requisisti. & not. glos. in d. c. fin. §. fin. de offi. delega.

† Fallit tertio, quando esset adiecta qualitas alterius dignitatis, quæ extinguitur cum persona, verbi gratia, dixit: constituo executorem.

I s d. Ab-